

temperando; (3.) flatus discutiendo & removendo. Hæc ut in actum deducamus, præsidia ex triplici fonte de promenda venient. Esto igitur ex *Fonte Chirurgico Vene sectio*, quam, si vires & reliquæ circumstantiæ concesserint, sanguis que tam quantitate & qualitate, quam motu peccet, in saphænâ insti- tui poterit, undè eandem ac in mensium obstruktione promit- timus medelam, si quidem hæc ratione sanguis ventilatur, gru- mescientia tollitur, motusque restituitur ordinarius, de quo venæ sectionis usu passim vid. Autores. Non defunt vero, qui præsidium hoc in dubium vocare audent, crepantes, post par- tum eximiam sanguinis excerni quantitatem, nullamque ve- næ sectionis adesse indicationem, imò remedium esse huic sta- tui planè improportionatum & incongruum; quibus tamen respondemus, non promiscuè sanguinis detractionem esse evadendam, nec si lochia ritè fluant, sed cum hæc substiterint & dolorum à nobis explicatorum causa existant, quæ non com- modiori auxilio, nisi V.S. junctis simul sanguinem resolven- tibus, tolli potest. Quod si ægra abhorreat, *cucurbitæ* fe- moribus & suris applicentur, pro aliquali derivatione & san- guinis *sædæ* solutione. Majorem tamen opem ferent, *Frictiones*, quæ si pannis asperis fiant, sanguinis & feri sub- sistentis excitatur motus, quo sic lochiorum promoteatur profluviū & dolorum cœlent insultus. Addit *Riverius Pmx.* *Med. lib. 15. cap. 23. Ligaturas*, ut venter pueræræ fasciâ leniter constringatur, quo uterus subsideat, & lochiorum hæc ratio- ne promoteatur effluxus.

### S. XXI.

Ex *Pharmaceuticis* producimus aperientiæ, paregorica, carminativa, nervina, quibus omne punctum quam facillimè absolvi potest. *Purgantibus* nullus fere hæc concedi posse vi- detur locus, nisi sint *mitiora* nec non alvi diutina ad strictio- excrementorumque duriorum retentio urgeat. Convenient *Digestiva* ex *cremor.* & *crystall.* ♀, ♀ *plat.* pulv. ex *crystall.* ♀, ♀ *plat.* & *plat.* & *plat.* *c. 50 anis. fæniculi.* His jungatur, *decoct. fol. senn. 6.*  
prunis.